

80 Respondeo primo ex Augustino, hanc exigentiam numeri salvandorum, in peccatum originale, & in primi parentis culpam, qui totam naturam humanam reddidit Deo exolam, tamquam in causam debere reduci. Ita S. Doctor in Enchirid. cap. 99. ubi ait: *Qui liberantur ex universa generis humani damnatione, sic oportuisse liberari, ut ex pluvibus non liberantur offendere, sed meruisse universi conspici, & quo etiam istis debuit iudicium Dei ducere, nisi ejus inobediencia misericordia subveniret. Et Epist. 157. ad Optatum, inquit: Tam parvum esse multitudinem electorum, ut ipsa rectorum multitudinem offenderetur, quam nullius momenti apud Deum justum, sic quatuordecim numerus iustissime damnatarum, atque ut hinc intelligatur qui ex ipsa damnatione redimuntur, hoc fuisse debitum massa illi universae, quod tam magis parvi ejus redditum cerneretur, non solum in eis, qui originali peccato multa addunt mala voluntatis arbitrii verum etiam in tam multis parvulis, qui tantummodo vinculo peccati originali obstricti, sine gratia mediantibus ea hoc lute raptantur.*

81 Respondeo secundo, Deum hac paucitate numeri electorum, divina electionis eminentiam voluisse ostendere, & significare quam gratuitam, quam admirabilem, quam Dei propriam, quam humilissimam perviam, ac superbie repugnans, & denique quam excessus, & sublimis sit ille finis, ad quem electos sua praedestinatione evehit & transiit. Videmus enim, quod quanto aliqua sunt nobiliora & excellentiora, tanto sunt rariora, & minus communita, ut constat in auro, gemmis, unicornibus, & lapidibus pretiosis: Meliora & in turban nascuntur, saepe natura producit, eximia vero ipsa raritate commendat, inquit Seneca Epist. 42.

Quatuor modis divina bonitas se diffundit, & ad extra communitur: scilicet in ordine naturae, gratiae, & gloriae, & unionis hypostaticae, quod hoc tamen discrimine, quod prima communicatio, cum est omnium infima, est illis magis extensa, & totum universum continet, omnibusque creaturis communis est. Secunda minus porrigitur, & sola creaturas intellectuales, quae Deus ad ordinem supernaturallem evehit, sine suo completur. Tertia adhuc minus extenditur, & solum praedestinatis propria est. Ultima denique, quae est omnium praestantissima, aliasque in infinitum excedit, solum Chelisi humanitatem, ad esse personale Verbi Divini assumptam, respicit.

Addo etiam, quod intentio Dei praedestinantis, fuit ibi singulari & speciali vinculo & titulo devincire electos, quae propter eorum debuit fuisse hoc beneficium: nam teste Seneca lib. 6. de beneficiis cap. 14. Beneficium quod quilibet datur, nulligratum: quod volens gratum esse, rariis officis: quis patitur sibi impari vulgaria?

S. IV.

Solvuntur argumenta ex absurdis & inconveniendis posita.

82 Denique argunt quidam Recentesiones cum Lessio, ex pluribus absurdis & inconveniendis, quae dicunt sequi ex nostra sententia. In primis afferunt illam videri redem & asperam. Deique bonitate indignam. Quae enim (inquiunt) non dicam bonitas, sed aequitas patitur, ut Deus ante omnem praesentiam futuri nostri consensus, & nulla omnino habita ratione usus liberi arbitrii, quodam homines efficit ad gloriam eligat, & reliquos spernat & abiciat?

83 Secundo, Haec sententia non parum derogare videtur divinae sinceritati, quia non fidere agere, est actiones externas non venire interno affectui: Sed si vera est nostra sententia, Dei actiones externa longe essent dissimiles interno ipsius affectui: nam Deus omnes homines, maxime vero fideles, per Ecclesiam nomine Dei loquentem, indifferenter hortatur ut salutem suam operentur, omnibus eadem sacramenta exponit, ac Christum Dominum in Eucharistia offert: & sic actiones Dei externa pro salute hominum, sunt pares erga omnes fideles, & nihilominus in nostra sententia, interni ejus effectus sunt erga illos omnino dispares ac dissimiles, cum occulto mysterio, sine ullis meritis vel demeritis praevius, quosdam efficit eligat ad gloriam, & ceteros ad ea excludat, seu ad illam non assumat. Certo ludere videtur sic amans, vel illudere.

84 Tertio dicunt, hanc sententiam studium propriae salutis, & zelum animarum extinguere: Nam si illa esset vera, posset utique dicere, si sum antecedenter praedestinatus, quamvis hic & nunc non sum sollicitus de mea salute, non tamen ab illa excidam, sed suo tempore consequar certissime. Si vero non sum ita praedestinatus antecedenter, irriti erunt mei conatus ad salutem meam operantem. Idem dilemma facere posset quisvis peccatus ad prostrandam animarum salutem. Posset enim dicere: vel haec anima ejus hic & nunc salutem promoveri possum, electa est antecedenter a Deo, vel non? Si primum, me hic & nunc quiescente, nihil tamen illi peribit de gloria, immo nec de gradu gloriae ad quem est destinata. Quod si haec anima non est electa antecedenter,

frustra laborabo. Ex hoc inferunt illi Auctores, nostram sententiam populi praedicanam non esse, eo quod homines in salute procuranda seges, honorumque operum minus studiosos reddere possent.

Demum contendunt, decretum efficacis dandi gloriam ante praevia merita, omnem evertere libertatem, & fatalem necessitatem inducere: quia, iniquum, tale decretum est quaedam suppositio meam libertatem antecedens, & in sua efficacia, a quoocumque actu meo voluntatis independens, nec in manu mea est illud avertere, aut illi jam dato & posito resistere.

86 Haec sunt praecipua quorundam Recentiorum argumenta, quibus nostram sententiam, & firmam, ac inconcussum gratuite praedestinationis fundamentum, conantur evertere. Quibus in primis respondeo, quod haec omnia inconvenientia fuerunt olim D. Augustino a Pelagianis & Semipelagianis sepius obiecta, ut fuisse ostendimus Tractatu praecedenti disp. 5. art. 5. §. 4. eaque S. Doctorem nihil moverunt, quominus sententiam suam de gratuita Dei praedestinatione, constanter tueretur, & perseveranter teneret usque ad mortem. Neque scandala quae ob id oriuntur, & nonnullis accidebant, curanda esse putavit, iudicandis esse passiva, & quae ex incerta veritate, & perperia Divinarum Scripturarum nascerentur. Ita Pererius Tom. 6. disputatum selectarum in sacrae Scripturam, ad illa verba Apostoli ad Roman. 9. Ergo casus vult miseretur, & quem vult induit. Idem testatur Claudius Typhanus, novissimus Societatis scriptor, libro de priori & posteriori cap. 53. ubi haec scribit: *Quomodo modum ubi primum Augustinus suam illam de discretione electorum a reprobis ex se Deo beneficiis, sententiam evulgavit, nonnulli Catholicis, & non contentis in Ecclesia auctoritatis veri (plures scilicet Galliarum Episcopi) ad se sunt accesserunt, dicebantque, ut vera esset, populi praedicanam non esse, quod homines in salute procuranda seges, honorumque operum minus studiosos reddere possent: si non desuere postea, fuisseque nunc, qui doctrinam illam, non modo falsam, sed vixisse dixerunt & inhumanam existimant. Verum ut illorum offensus & opprobrium, Augustinum a sua illa sententia, quam Doctore Apostolo, & magistra Scriptura sacra didicerat, non deterruit, nec posse Sanctum Thomam, aliosque Scholasticos ad Augustinum secesserunt. Ita nec nos ad eodem nunc removere debet dissentientiam ab illo auctoritate, aliorumque scandalum. Quia perius doctrinam hanc, ad gratia divinae commendationem, ad admirandam justitiam Dei altitudinem, ad hominum de se suisque meritis nihil praesentium, & superbiae deprimendam, ut cum timore ac tremore Domino serviant, ac salutem suam operentur, & in Dei bonitate ac misericordia sperent, & non in seipsis, sed in Domino gloriantur, palmam ad publicam praedicanam cum Augustino, libro de dono perseverantiae cap. 19. 22. 23. & 24. existimamus, nec in ea decenda zimentum scandalum, eo quod, ut nos nunc Gregorius Magnus homil. 7. in Ezechielum: Cam de veritate scandalum occurrat, magis est sustinendam scandalum, quam veritas relinquatur.*

Quibus autem dicitur videretur haec sententia, id inde accidit quod patens nos velle Deum patris aeterni addicere reprobos, nulla habita ratione peccatorum, & finalis impunitatis eorumdem. Quod Deum esse se existimant, cumque quasi suo pede meliorum, putantes eum in consilio ad decretis suis, ab objectis bonis & malis, seculi nos, pendere ac permoveri. Quod naturae divinae eminentiam, & supremam in res omnes, etiam homines & Angelos, potestatis magnificentiam, non satis attendant. Et tunc num. 5. addit: *Non plus esse difficultatis ad hanc questionem explicandam & capiendam, quam in resoluendo ratione, cur Deus voluerit infantem hunc ex parentibus Catholicis nasci, baptizari, & salvari; illum ex Barbaris & Canaanis natum, sine baptismo decedere? illum in tugurio ex pauperibus nasci, hunc in palatio ex divitibus? Cur ex duobus in idem peccatum lapsis, uni dei gratiam conterritio, negat alteri? Cur ex duobus iustis uni perseverantia in iustitia concedatur, quod alteri non conceditur? Deus enim, inquit S. Thomas 1. 2. quest. 114. art. 9. Gratis perseverantiae donum largitur, cuiuscumque illud largitur. Ita quae si Deus hoc & alius sapienter, & sine iniquitate facit, quia Deus & Dominus, etiam nulla lege tenetur impetere omne peccatum, & salvare omnes. Haec Typhanus loco citato. Quibus praebitis, ad singula inconvenientia quae nobis obijciuntur, sigillatim respondendum est.*

Ad primum ergo dicendum, sententiam quae gratuitam Dei praedestinationem commendat, nec esse ridem nec asperam: quia ut ait Augustinus in Psalm. 118. versu 39. *Auctor veritatis suae climat quod verum est: nec Dei bonitate indignam, sed potius multum ei contentanem, ut hic art. 5. ad 3. explicat S. Thomas. ostendens esse ipsa bonitate divina sumi rationem praedestinationis aliorum, & reprobationis aliorum. Sic etiam (inquit) Deus dicitur omnia propter bonitatem suam fecisse, ut in rebus divina bonitas representetur. Necessario est autem, quod divina bonitas, quae in se est una & simplex, multififormiter representetur in rebus. . . . Voluit igitur Deus in hominibus, quantum ad aliquos quos praedestinavit, suam representare bonitatem, per modum.*

modum misericordiae, pariendo: & quantum ad aliquos, quos reprobit, per modum justitiae, puniendo. Et haec est ratio, quare Deus quosdam reprobos. Licet ergo pertineat ad bonitatem Dei, ut sua antecedenti & quasi primaria intentione, vel ut loquitur Ecclesia Lugdunensis in libro de tribus Epistolis, Bonitatis Creatoris, ut omnibus secundum bonitatem suam, considerata praesentia natura humana secundum se, & prout est capax beatitudinis: spectat nihilominus ad bonitatem Dei, quantum est universalissimum, & ad omnia se extendens, etiam providere suae justitiae, & ei locum assignare in universo, nec ita velle omnibus bonum peculiare eorum, quod universale tollat: nam etiam Deus aliquos particulariter & privatim ledendo, bonus est universo, ut egregie expendit Tertullianus lib. 2. contra Marcionem cap. 13. Sic tamen (inquit) Deus bonus est, dum pro bono amittit esse. Sic denique omnipotens, quia & est, dum se ledendi potens. Minus est tamen omnino professe, quibus non aliud quid possit, quam professe. De episcopis quibusdam bonum sperem, si hoc solum potest? Quomodo innocenciae fiduciam bonum sperem, si hoc solum potest? Difficilem necessitatem sceleris, si non & necessitas sceleris? Difficilem necessitatem sceleris, si non nec alteram partem remaneret, qui verumque non voluit. Quibus verbis docet, & eleganter declarat, quod aliter bonitas universalis se diffundit, quam oportet sic aliquorum partes agere, ut non omittat contrarium: aliter particularis, cui non interest omnibus providere, sed quorundam tantum in particulari curam gerere.

87 Ad illud quod additur de equitate divina, respondet D. Thomas ubi supra his verbis: *Neque enim propter hoc est iniquitas apud Deum, si inaequalis non inaequalibus praeparat. Hoc enim esset contra justitiam rationem, si praedestinationis effectus esse debito redderetur, & non daretur ex gratia. In his enim qui ex gratia dantur, potest aliquis pro libito suo dare qui vult plus, vel minus (dummodo nulli subtrahat debitum) absque praedictio justitiae. Et hoc est quod dicit Pater sanctissimus Martini 20. capite. Tolle quod sumus est. & vade. An non licet mihi quod volo facere? Numquid non in domo figuli distincta sunt vasa: illa quidem in gloriam, illa in ignominiam destinata? Quid ergo (inquit Augustinus in Plal. 48.) non audeat reprehendere in officina figularum, & audeat reprehendere in mundo Deum?*

88 Ad secundum inconveniens, in primis dico illud posset retorqueri in Adversarios: cum enim juxta illorum principia, Deus uni det gratiam in ea occasione, in qua scit convertendum, & alteri solum in ea occasione, in qua scit esse frustrandam, non videtur habere veram & sinceram voluntatem de hominum salute, sed potius de industria videtur insidiari salutem aliorum, dum eos ponit in illis occasionebus & circumstantiis, in quibus praesentit eos infallibiliter lapsuros, relictiis aliis infinitis, in quibus certo per scientiam mediam praesertat, eos bene operaturos, ac in bono perseveraturos. Sicut dux viae censetur viatoribus struere insidias, cum illos ducit per vias ad semitas, in quibus certo scit quod illi in manus latronum incidant, & ab eis spoliabuntur, & occidentur. Vel sicut venator vitam avium ad iterarum sylvestrium insidiatur, dum eas ad certum locum ire compellit, ut incidant in calles & laqueos quos paravit. Certo ludere videtur sic amans, vel illudere.

89 Respondeo secundo negando sequelam, ad probationem, concessa Majori, nego Minoram. Ad probationem Minoris dicendum est, actiones Dei externas, quibus Deus omnes homines, maxime vero fideles, hortatur ad salutem & penitentiam, & omnibus indifferenter proponit salutis praecipua, consilia, & remedia, quae vult omnes homines salvos fieri, considerata natura humana secundum se, & prout est capax salutis, ac in finem supernaturallem ordinata, ut docet D. Thomas in 1. dist. 46. quae 1. art. 1. his verbis: *Hujus enim voluntatis effectus est ipse ordo in finem salutis, & promovens in finem, amobus communiter praeparata, tam naturalia, quam gratuita, scilicet potentia naturalis, praeparata legis, & iustitiae. Cum ergo haec voluntas sit in Deo proprie & formaliter, & non solum metaphorice, vel eminenter, ut Tractatu praecedenti disp. 4. art. 3. ostendimus, actiones Dei externe quibus Deus omnibus hominibus proponit salutis praecipua & remedia, sunt verae, sincere, & non fallaces divini animi & affectus significaciones.*

90 Ad tertium nego antecedens, quoad utramque partem, ad cuius probationem dico, idem prolixum dilemma de praedestinatione in Adversarios intorqueti posse, in hunc modum: Vel nunc sum de illorum numero, quos Deus ab aeterno praevitit esse salvandos, vel non sum. Si sum, nulla mea in posterum dissolutio aut sequeps faciet ut inde excidam, cum divina praesentia falli non possit: ut quid igitur de bonis operibus sollicitus sum? Si non sum, nulla sollicitudine efficiam ut illo numero comprehendar: quid igitur restat nisi desperatio? Haec retorssione utitur Augustinus contra Semipelagianos cap. 15. de dono perseverantiae, ubi sic habet: *Ipse cum dicitur, ita nos a confidentia Dei gratia, id est quod non secundum merita nostra datur, & a confidentia secundum eam praedestinatione Sanctorum, deterrere non debent: sicut non deterrere a confidentia praesentia Dei, Thael. Concor. Tom. II.*

si quis de illa populo sic loquatur, ut dicit: *siue nunc recte vivatis, siue non recte, tales vos eritis, quales vos Deus servatur esse praesentis, vel boni si bonos, vel mali si malos. Numquid enim si hoc audire, nonnulli in corpore sequepsitiam verentur. & a labore, proclives ad libidinem post concupiscentias suas erant, propterea de praesentia Dei falsum putandum est esse quod dictum est? Dicitur sic Deus illos bonos servatur esse praesentis, boni erunt, in quantumlibet nunc malignitate versentur: si autem malos, mali erunt, in quantumlibet nunc bonitate versentur? Sicut ergo hic discursus est vitiosus, ita inanis est ratiocinatio Adversariorum. Nam ut egregie dicitur idem Augustinus in eodem libro cap. 17. Sicut ille quem Deus casum futurum esse praesentis, quamvis id incertum habeat, agit ut casus sit: ita ille quem casum futurum praedestinavit, quamvis id incertum habeat, non ideo non agit ut casus sit (hoc est non ideo non est sollicitus agere ut castus sit) quoniam Dei ratio se audit futurum esse quod quavis, immo etiam gaudet esse caritas, nec inflatur, tamquam ab non acciperit: Non solum ergo praedestinatione praedestinationis ad hoc opera non impeditur, verum ad hoc adiuvatur, ut cum gloriorum, in Domino gloriorum. Uterque igitur qui de numero electorum est, siue ex praesentione, siue ex praedestinatione, sollicitus de bonis operibus ac salute esse debet, quia & praedestinatio & praesentia, habet per sollicitudinem & opera bona, electionis effectum respici conferre, ut explicat D. Thomas hic art. 8. Nec ulla ratio est, cur minus solliciti sumus ut praesentis id quod per nos ipsos fieri praedestinatum, quam id quod Deus nos facturus esse praesentis. Nam sicut non fieret id quod Deus praesentis esse futurum, nisi adhiberetur ea media per quae id futurum esse praesentis, ita non fieret id quod praedestinatum, decrevitque talibus mediis fieri, nisi quoadque talia media per quae istud fieri decrevit, adhiberetur.*

91 Ex hoc patet responso ad illud quod additur de zelo salutis animarum: cum enim praedestinatio effectum suum non sine hominum aliorum cooperatione fortitur, per illam non tollitur veritas & sinceritas zelus animarum, in ea quam Augustinus tradidit veritate fundatus, ex qua ferventes cooperatores esse debemus voluntatis Dei, fraternaque salutis adiutores. Unde idem S. Doctor de corrupt. & gratia cap. 14. quorundam verba relet qui dicebant: *Peccat infirmus; quid ad nos? firmum fundamentum Dei stat, & nemo perit nisi filius perditionis. Et statim ea acriter redarguit ac retundit, subdens: Absit ut istis garrulitas, securus nos in hac negligentia esse debere credimus. Verum est enim quia nemo perit, nisi filius perditionis: sed ait per Ezechielum Prophetam, ille quidem in peccato suo morietur, sanguinem vero ejus de manu secularis requirem. Addi idem Augustinus ibidem, quod Nescienter quis perinet ad praedestinatum numerum, quos non pertinet, sic officii debemus caritatis affectus (qui non est alius nisi animarum zelus) ut omnes velimus salvos fieri.*

92 Ad id vero quod addunt Adversarii, populi non esse praedicanam nostram sententiam, ne forte ex ea scandalizentur, vel in desperationem adducantur. Respondeo idem fuisse obiectum a Massiliensibus contra Augustini sententiam, ut referunt Prosper & Hilarius in Epistolis ad Augustinum, & constat ex ipso Augustino in libro de dono perseverantiae cap. 14. ubi sic habet: *Ajunt (Massilienses) praedestinationis definitionem utilitatem praedestinationis adversari: quasi vero adversata sit Apostoli praedicationi. Nunc ille Doctor Gentium in se, & veritate, praedestinationem eorum commendavit, & verbum Dei praedicatione non destitit? Cur ergo praedestinationi, nisi filius perditionis, sed ait per Ezechielum Prophetam, ille quidem in peccato suo morietur, sanguinem vero ejus de manu secularis requirem. Addi idem Augustinus ibidem, quod Nescienter quis perinet ad praedestinatum numerum, quos non pertinet, sic officii debemus caritatis affectus (qui non est alius nisi animarum zelus) ut omnes velimus salvos fieri.*

Ad ultimum inconveniens quod est de libertatis lassitudine, plura diximus Tractatu praecedenti, disp. 9. apud de concord.

concordia libertatis creata cum decreto predeterminante, & physica predeterminatione. Nunc breviter respondeo, quod licet decretum gratia predeterminationis meam libertatem antecedit, & ab illa ut a causa, vel ut a conditione non pendat, eam tamen non tollit vel laedit, cum quia antecedit antecedenti causativa actus & libertatis eius; tum quia quia derivatur ex efficaci voluntate Dei, in qua tota nostra libertas eminentissimo modo continetur; ac profecto est non formaliter, & aequivalenter tamen, ad nostram voluntatem consequitur, quoad effectum conservandi libertatem illam, ut loco citato latius exposuimus. Nec obstat quod non sit in manu mea, tale decretum avertire, vel ei resistere, & ejusque efficaciam impedire: si enim ei non potest resisti, & illud velit & statuat quod libere operemur, firmum & certum est, quod libere operabimur; ut egregie expendit S. Thomas supra q. 19. art. 3. ad 2. his verbis: Ex hoc quod nihil voluntati divina resistit, sequitur quod non solum fiat ea quae Deus vult fieri, sed quod fiat consentienter vel necessario, quia sic vult fieri Deus. Quam doctrinam desumpsit ex Anselmo c. 1. de concordia praedictiois & praedestinationis, ubi haec scribit: Quoniam enim quod Deus vult, non potest non esse, si Deus vult voluntatem humanam, nulla cogit vel prohiberi resistere ad volendum, & quae effectum sequi voluntatem, tunc necesse est voluntatem esse liberam, hoc est quod vult.

ARTICULUS III.

De deo ex parte nostra causa meritoria vel dispositiva primi effectus praedestinationis.

S. I.

Referuntur sententiae, & prima conclusio praesentis.

95 IN hac celebri questione rejiciendi sunt duo haereticorum errores, & duae Catholicorum sententiae confirmandae.

Primus error fuit Pelagii, qui cum existimaret liberum arbitrium sufficere ad bene operandum, & per gratiam solum adjuvari ut facilius posset, consequenter etiam assererat, gratiam alioque affectus supernaturalis ad praedestinationem pertinentem, dari nobis intuitu alicujus boni operis facti sine gratia, tanquam propter meritum non solum de congruo, sed etiam de condigno.

Secundus error fuit Semipelagianorum, seu Massilien- sium, qui Pelagii haerem aequaliter temperantes, asser- ebant, nos quidem non posse sine gratia Dei opera aliqua bona facere, sed debere preveniri voluntates nostras ab ipsa, ut aliquid opus bonum vel inchoetur, vel consum- metur; sed tamen dicebant ante ipsam gratiam procedere ex parte nostra, non quidem bona opera, sed initia quadam fidei & bonae voluntatis, quorum intuitu Deus move- batur ad dandum primam gratiam auxiliantem. Hujus- erroris meminerit Hilarius & Prosper in Epistolis ad Augusti- num, cumque late persecuti sunt Cassianus Presbyter Mas- siliensis libro 12. de institutis Cenobiorum cap. 11. & se- quentibus, & collat. 13. per totam, & Paulus Regius Episcopus in duobus libris de gratia & libero arbitrio.

Prima vero Catholicorum sententia, exstitit dari ex viribus naturae causam dispositivam, non tamen meriti- cam primi auxilii supernaturalis. Pro hac referuntur Scotus, Durandus, Gabriel, Ricardus, Javellus, & alii.

96 Secunda docet quod licet opera bona ordinis natura- lis, non sint ratione sui dispositiones physicae vel me- rales ad primam gratiam auxiliantem, ex lege tamen Dei, & pacto inito cum Christo, de non neganda gratia facient quod in se est, habent connexionem iniallabilem cum illa. Ita Molina in concordia disput. 10. & plures ex Recentioribus.

Dico primo: Opera bona moralia ex viribus naturae profecta, nec de condigno, nec de congruo primam gra- tiam auxiliantem promereri. In prima parte conclusionis, ut in fidei dogmate, omnes Catholici conveniunt: est enim definita in pluribus Conciliis; praesertim in Milevi- tano, Palentino, & Arausicano secundo, in quibus Pela- gius praecipitur, ut fateatur gratiam Dei non secundum merita nostra conferri. Ratio etiam suffragatur, nam ut docent Theologi in Tractatu de merito, meritum de con- digno adequari debet premio in morali estimatione: At hujusmodi aequalitas operibus naturae ad supernaturale praemium repugnat, cum res ordinis naturalis & inferioris, nequeat in morali estimatione, rem superioris ordinis adequare, ut ex terminis manifestum apparet: Ergo etiam repugnat, quod opera naturalia sint condigne meritoria praemii supernaturalis.

97 Praeterea, ut supra dicebamus, praedestinatio Christi est exemplar nostrae: Sed uno hypostatica, quae est primus ac praecipuus praedestinationis Christi effectus, fuit pure gratia, & absque ullis precedentibus meritis, ut ex variis Scripturae testimoniis demonstrat Augustinus cap. 15.

de praedestinatione Sanctorum. Ergo similiter prima vo- catio, sed primam gratiam auxiliantem, quod est primus ef- factus nostrae praedestinationis, datur pure gratis, & abs- que ullis precedentibus meritis naturae. Unde Fulgentius libro de incarnatione & gratia cap. 19. docet quod sicut in generatione carnali praecedit Dei operatio omnem homi- nis geniti voluntatem vel affectum; & sicut in concep- tione Christi, Spiritus Sancti operatio, Virginis opera- tionem antecedit: ita in spiritali hominis generatione, non praecedit voluntas hominis, sed subsequitur Spiritus Sancti operationem.

98 Quod autem nec de congruo primam gratiam auxiliantem, bona opera naturalia mereantur, ostendo primo ex Scriptura. Dicitur enim ad Ephes. 1. In quo omnes sorte vocati sumus, praedestinati secundum propositum ejus qui opera- tur omnia secundum consilium voluntatis suae. Quibus verbis Apostolus docet nos esse sorte vocatos & ad gratiam elec- tos, ac prout nullus praecedentibus meritis, vel occa- sionibus, aut congruitibus, qui enim sorte eligunt, om- nem istam praevencionem excludit. Unde S. Thomas ibi- dem lect. 1. Gratia, quae est primus praedestinationis effectus, non potest ratio aliqua assignari ex parte hominis.

99 Praeterea idem Apostolus 2. ad Corinth. 3. ait: Non sumus sufficientes cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est. Ex quibus verbis, hoc argu- mentum deducitur. Omne opus bonum ad vitam aeter- nam conducat, debet procedere sancta cogitatio; At hujusmodi cogitationem habere ex nobis non possumus, id est sine Dei gratia, ut Paulus aperte testatur: Ergo nec bonum aliquod opus meritorium de congruo primae gra- tiae elicere. Quo argumento utitur D. August. de praede- stinatione Sanctorum cap. 2. & D. Thomas hic artic. 3. & quodlibet. art. 7.

100 Denique dicitur ad Rom. 9. Non est volentis, neque currentis, sed Dei miserantis. At si homo ex solius naturae viribus primam gratiam auxiliantem mereretur de congruo, salus supernaturalis, de qua loquebatur Paulus, non esset solius miserantis Dei, sed etiam volentis & currentis hominis, cum aliquid liberum arbitrium haberet sine Dei gra- tia, nempe initium vitae spiritalis; & aliquid a Deo in- ferente per gratiam, scilicet consummationem: Ergo tale meritum de congruo operibus naturae negandum est.

101 Secundo probatur ex Tridentino sess. 6. cap. 3. ubi docet exordium nostrae justificationis deseri a vocatione Dei, quae nullis eorum existentibus meritis vocatur, &c. Ubi illa uni- versalis negativa, omne meritum tam de condigno, quam de congruo videtur excludere. Idem colligitur ex aliis Conciliis supra relatis, contra Pelagianos dehiscentibus, gratiam secundum merita nostra non dari. Si enim his ver- bis solum meritum de condigno excluderent, nihil contra Semipelagianos definirent; cum valde probabile sit (ut constat ex infra dicendis) Semipelagianos, non condi- gnum, sed solum congruum meritum, in operibus natu- rae, respectu primae gratiae, constituisse.

102 Tertio eadem pars duplici ratione Theologica potest de- monstrari. Prima est: si primum gratiae auxilium daretur a Deo intuitu boni operis naturalis, tanquam meriti de congruo, non daretur pure gratis, sed ex aliquo debito seu iustitia, saltem imperfecta: At hoc destruit rationem gratiae: Ergo &c. Minor constat, tum ex ipso vocabulo gratiae, quod gratuitam & liberalem donationem designat; Tum ex Apostolo ad Rom. 11. dicente: Si autem gratia, iam non ex operibus; & alioquin gratia iam non esset gratia.

Tum denique ex Fulgentio, libro de Incarnat. & gratia Christi cap. 18. ubi haec scribit: Si vero nostrum est velle credere, praequam nos gratia Dei incipiat adjuvare, iniuste gratia dicitur, quia non gratis datur homini, sed bona re- tribuitur voluntati. Major autem, in qua est difficultas probatur tripliciter. Primo ex Augustino de verbis Apolt. sem. 13. cap. 2. ubi docet quod dari aliquod gratis, est dari pro nihilo. Secunda ratio: Quod enim datur in re- compensationem, non datur pure gratis: Sed quod confer- tur intuitu operis merentis de congruo, datur in re- compensationem: Ergo non datur pure gratis. Idem quod datur ex motivo gratitudinis, pure gratis non conferitur: Sed quod datur intuitu meriti de congruo, conferitur ex gratitudine: Ergo non datur pure gratis.

103 Dices: Gratia justificationis est simpliciter gratia, & gratia simpliciter justificari dicitur, & tamen fides gra- tiam justificantem meretur de congruo, in sententia pro- babilis, quam non obscure tradit Augustinus Epist. 105. his verbis: Sed nec ipsa venisio peccatorum sine aliquo merito est, si fides bene impetrat: Et ratio gratia simpliciter, com- putatur cum merito de congruo.

104 Respondeo dato Antecedente, de quo disputant Theo- logi in Tractatu de merito, distinguendo Consequens. Computatur cum merito de congruo, habito ex gratia, concedo. Habito ex viribus naturae, nego. Nam omnis gratia ad minus in radice omne meritum & omne debitum excludere petit, ne illam naturae debitam, & cum illa con- nexam constitutamus; & quia cum hoc quod est conferri ob merita de congruo habita ex gratia, componitur exclusio omnis

omnis debiti in radice, scilicet in primo divinae gratiae au- xilio; cum hoc vero quod est dari ob merita habita ex viribus naturae, hoc non componitur; consequens fit, quod ratio gratiae simpliciter talis, sit compossibilis cum hoc quod est dari ob meritum congruum, habitum ex viribus gratiae, secus autem cum hoc quod est conferri intuitu meriti de congruo, habito ex viribus naturae, & ita ex eo quod primum auxilium est gratia simpliciter, recte infer- tur, illud non dari intuitu boni operis naturalis, ut me- riti de congruo.

104 Secunda ratio Theologica est. Meritum de congruo fa- cit sibi aliqua ratione debitum praemium: Sed nullum opus ordinis naturalis, potest supernaturalem gratiam sibi debi- tam facere: Ergo nec illam de congruo promereri. Major est certa, Minor probatur, quia ut illam sibi debitam fa- ceret, deberet ad illam ut finem ordinari: At opus natu- rale nequit finem supernaturalem respicere; ea enim quae sunt ordinis inferioris, non ordinantur, nec dicuntur habi- tudinem ad ea quae sunt ordinis superioris: Ergo opus natu- rale nequit sibi debitam facere gratiam supernaturalem.

105 Confirmatur. Forma supernaturalis petit excedere to- tius naturae exigentiam, At si deberetur operi naturali, non excederet exigentiam illius: Ergo &c. Dices: Magis dilata ordo hypostaticus ab ordine gratiae, quam ordo gratiae ab ordine naturae, cum illa distantia sit infinita, haec autem finita; & tamen potest ordo hyposta- ticus cadere sub merito de congruo actuum pertinentium ad ordinem gratiae, ut enim docent Theologi in Tractatu de incarnatione, antiqui Patres promerentur de congruo substantiam vel ad minus circumstantias incarnationis: Ergo etiam ordo gratiae terminari poterit meritum de con- gruo actuum spectantium ad ordinem naturae, non obitan- te distantia quae inter utrumque ordinem reperitur.

106 Respondeo Majorem esse veram de distantia entitativa, falsam de distantia proportionis & habitudinis. Nam hoc modo plus dilata ordo gratiae ab ordine naturae, quam ordo hypostaticus ab ordine gratiae. Cum enim illi ordines intra genus ordinis supernaturalis contineantur, unus potest terminare habitudinem actuum spectantium ad alium. E contra vero, cum ordo gratiae & naturae sint omnino diversi, unus non potest ordinari ad alterum, sed forma supernaturalis totius naturae exigentiam excedit. Quae respon- sio & doctrina potest hoc exemplo illustrari. Plus dil- lat Deus ab intellectu perfuso lumine gloriae, quam sub- stantia spiritalis ab oculo corporeo; & tamen potest Deus ad intellectum luminis perfuso videri, secus autem substantia spiritalis ab oculo corporeo. Cujus alia ra- tio esse nequit, nisi quia illa major distantia est in ge- nere entis; non in ratione habitudinis potentiae & obje- cti. Idem cum proportione dicendum est in praesenti, scilicet quod ordo hypostaticus potest attingi ab ordine gratiae, & nulla existente causa, occasione, vel meri- to naturae; quia licet ordo hypostaticus magis distet ab ordine gratiae, quam ordo gratiae ab ordine naturae; illa tamen major distantia est in genere entis, non tamen in ratione proportionis & habitudinis, propter rationem quam assignavimus.

S. II.

Haereticorum fundamenta convelluntur.

107 Duo sunt praecipua Pelagianorum & Semipelagian- orum motiva, ad docendum gratiam intuitu ope- rum naturalium a Deo conferri, ut supra insinuavimus, & aperte colligitur ex Epistolis Prosperi & Hilarii ad Augustinum. Primum erat, quia si Deus sola sua vo- luntate, & nulla existente causa, occasione, vel meri- to aut demerito ex parte hominis, suam gratiam conce- deret vel denegaret, esset personarum acceptor, ac in- iustus suorum donorum distributor: quod repugnat Apo- stolo ad Roman. 2. & ad Ephes. 6. dicenti: Non est acceptio personarum apud Deum.

108 Sed hoc fundamentum facile potest convelli. Vitium enim acceptionis personarum, tunc solum incurritur, quando quod debetur pluribus, uni soli conferitur: At divina gratia nulli debetur, alias gratia non esset: Ergo Deus eam tribuens uni, & non alteri, nullo ex parte eorum precedente discrimine, acceptor personarum non est.

109 Confirmatur, & magis illustratur haec ratio: Personarum acceptio opponitur iustitiae distributivae, ut docet D. Thom. 2. 2. quest. 63. art. 1. Sed iustitia distributiva non habet locum in gratuitis & indebitis, qualia sunt dona & auxilia gratiae, ut egregie expendit idem S. Doctor in cap. 9. Epist. ad Roman. lect. 3. ubi haec scribit: Iustitia distributiva locum habet in his quae dantur ex debito, puta si aliqui meruerunt mercedem, ut plus laborantibus, major merces donetur; non autem habet locum in his quae sponte & misericorditer aliqui dat: puta si aliquis duas pupillas in via inveniens, det uni quod potest, vel disponit in elemo- synam dare, non est iniquus, sed misericors. Similiter si alii

quis duobus aequae ipsam offendentibus, uni dimittat offensam, & non alteri, est misericors uni, & iustus ad alterum, nec est vero iniquus. Cum ergo omnes homines propter peccatum pri- mo parentis, damnationi nascantur obnoxii, quos Deus per suam gratiam liberat, sola misericordia liberat, & sic qui- busdam est misericors, quos liberat, quibusdam autem iustus quos non liberat, necris autem iniquus. Idem docet hic arti- cul. 3. ad 3. his verbis: Neque propter hoc est iniquitas apud Deum, si iniqua non inaequalibus preparat. Hoc enim est hoc contra iustitiam rationem, si praedestinationis effectus ex de- bito redderetur, & non daretur ex gratia. In his enim quae gratis dantur, potest aliquis pro libito suo dare qui vult, plus, vel minus (admodum nulli suberat debentem) absque praedictio iustitiae. Et hoc est quod dicit Paterfamilias Mar- thei 20. Tolle quod tuum est, & vade. An non licet mihi quod volo facere?

110 Confirmatur amplius: Absque vitio acceptionis perso- narum, Deus ex pluribus creaturis possibilibus quaedam decrevit producere, aliis reliquis intra statum possibilitatis, & tamen ex parte illarum quas de facto produxit, nulla ratio inducens ad sui productionem praecessit. Et ut Deus humanitatem Verbo copularet, nullum ex parte illius meritum praecessit, & tamen ex hoc quod alias hu- manitates sibi inibiles reliquit, tale vitium non incurrit: Ergo similiter licet Deus uni & non alteri suam gratiam largiatur, nullo ex parte illorum precedente discrimine, non potest argui tanquam personarum acceptor, ac in- iustus suorum donorum distributor. Unde belle S. Prosper lib. 1. de vocatione Gentium cap. 10. Si enim de parentum carnalium iudicio conquis non audemus, cum aliquis filios suos, ante illa morum examina, ante aliquis pietatis obse- quia, indulgentiore complectitur affectu, in dominis quoque erga famulos libera est dispositio, nec iusto a quoquam repre- henditur, qui de unius conditionis familia, quaedam sibi quoque benignius honestare, & quos liberalius erudiret, elegit. Num- quid de summi Patris, & veri Domini benevolentissima equi- tate censendum est, quod in magna domo ejus, innumeris differentis uniuersis variatur.

111 Secundum Haereticorum fundamentum erat: Si Deus suam gratiam conferret non precedente voluntatis consen- su, periret libertas, & in incertum divina voluntatis du- ceretur, ut refert Hilarius Epist. ad August. & colligitur ex ipso Augustino lib. 2. cont. duas Epist. Pelagian. ubi respondens argumentis Pelagianorum cap. 5. ait: Nec sub nomine gratia fatuus asserimus, quia nullis hominum meritis, Dei gratiam dicimus asserere.

112 Sed hoc etiam fundamentum futile est ac ruinosum, & licet enim Dei gratia humanae praevient & praeparat vo- luntates, & nullis precedentibus hominum meritis consti- tatur; illa tamen non impedit, sed potius efficit liberam hominis determinationem & consensum; & causat in nobis, ut inquit Augustinus, liberrimam, fortissimam & in- vicissimam voluntatem: ac operatur in cordibus hominum, non ut volentes creant, sed ut volentes ex nobiscum fiant. Vel ut loquitur Prosper lib. 2. resp. cap. 16. sentent. 6. Arbitrium hominis gratia non auferit, sed addit. Vel etiam ut lepide ait Bernardus Tractatu de gratia & libero ar- bitrio: gratia non auferit, sed transfert voluntatem.

113 Addo quod, cum omnis causa fit prior saltem natura & causalitate suo effectu, tantum adest quod ex praeviente gratia sequatur libertatis excidium, quin potius implicet eam causare in nobis liberam nostrae voluntatis determinationem & consensum, nisi illum praeveniat, & prioritatem saltem naturae antecedit.

114 Confirmatur argumento ad hominem, ex doctrina ipso- rum haereticorum desumpto. Etenim Cassianus inter Semipelagianos praecipuus, aperte fateatur quosdam nihil de salute cogitantes, immo etiam volentes, gratia Dei praeveneri, ut constat ex Collatione 13. c. 15. ubi exemplum adducit de Andrea, Petro, ceterisque Apostolis, quos Deus nihil de sua salute remedio cogitantes, spontanea gra- tia sua dignatione praeviegit. Et post pauca subdit: Inveni- mus ac repugnantem attrahit Paulum, alium ita praecipit sui inseparabiliter adherere, ut sibi postulant, brevissimas pro sepultura patris non concedat inducias. At in his divi- na gratia praevientis, libertas arbitrii sublata non est, sed salva ac incolomis permanit; alias eorum conversio non fuisset meritoria, nec bona moraliter: Ergo ex eo quod in omnibus, divina gratia voluntates nostras praevient, & bonum opus praecedat, non sequitur libertatis excidium. Unde Prosper libro quem scripsit contra ipsum Collato- rem cap. 18. circa finem: Non conturbat nos superbissimum incepta querimenta, qua liberum hominis arbitrium causantur auferri, si & principia, & profectus, & perseverantia in bonis usque in finem, Dei dona esse dicantur, quoniam opitulatione divina gratia, stabilita sunt voluntatis in- mane.

§. III.

Etiam in secunda conclusio, et ostenditur hominem ex virtute natura non posse se disponere, etiam remota, ad primum auxilium gratia.

113 Deo secundo: Opera bona moralia, ex natura virtutibus habita, nec etiam dispositive ad primam vocationem concurrunt. Ita docent celeberrimos Theologi, adeo consentiunt, ut oppositum sententiam, quidam hereticam, alii erroneam, alii temerariam existimant. Et ipsemet Doctor Angelicus quodlibet. 1. art. 7. hanc de illa ferat censuram: Ad Belagiarum errorem pertinere dicitur quod homo possit se ad gratiam preparare, absque auxilio divina gratia, et est contra Apostolum, qui dicit ad Philippenses 1. Qui cepit in nobis, quos hominem, ipse perfecerit.

114 Probatur primo conclusio ex illo Pauli 1. ad Corinth. 4. Quis enim se glorietur? quid habes quod non accepisti? fruentem accipisti, quid gloriaris quod non accepisti? Ex quibus verbis late argumentum formatur. Omnis discretio unius ab alio, in ordine ad spirituales salutem, est ex Dei gratia per Christum, alias de aliquo ad salutem supernaturalem conducere, possemus ut de nostro, id est per gratiam nec accepit, gloriarum contra Pauli sententiam: At si homo ex operibus naturae virtutibus habitis, ad primam gratiam auxiliantem se disponeret, ab alio non sic operante, in ordine ad spirituales salutem se discerneret, discretione non habita ex gratia, ut manifestum est: Ergo ne in hoc incidamus inconvensiens, & Apostolo aperte contradicimus, dicendum est hominem per opera bona moraliter ex natura virtutibus elicita, non posse ad primam gratiam auxiliantem se disponere.

115 Probatur secundo ex Trident. sess. 6. c. 5. dicente: In justificatione exoritur a Dei per Jesum Christum presententia gratia esse sumendum. Sed hoc esset falsum, si homo per opera ex virtutibus naturae elicita, posset ad primam gratiam auxiliantem se disponere: nam illi actus dispositive ad justificationem concurrerent, eamque aliquo modo inchoarent; sicut inchoat generationem ignis, qui primam dispositionem ad illum inducere incipit, unde justificationis exordium, non a preveniente Christi gratia, sed a libero suscipiente arbitrio: Ergo &c.

116 Confirmatur: Concilium ibidem cap. 8. desinit initium omnis justificationis esse fidem: Sed hoc verum non esset, si homo per opera virtutibus naturae elicita, ad primam gratiam auxiliantem se disponeret, huiusmodi enim opera fidem antecedentem, aliquis justificationis primum esset initium: Ergo idem quod prius.

117 Probatur tertio ex D. Thoma 1. 2. quest. 112. artic. 3. in corp. ubi aperte docet, quod preparatio, si consideratur secundum quod est a libero arbitrio, nullam necessitatem habet ad gratia consecutionem, sed secundum quod est a Deo movente. Et q. 109. art. 6. ad 2. & ad Rom. 10. lect. 3. explicat illud axioma, Facienti quod in se est, Deus non denegat gloriam, de faciente quod in se est, ut est motus auxilio divino. Et 3. contra Gent. cap. 149. loquens de auxilio divino movente nostrum liberum arbitrium, sic concludit: Homo igitur non movet seipsum ad hoc quod adipiscatur divinum auxilium, quod supra ipsum est, sed potius ad hoc adipiscendum a Deo movetur. Motus autem movens precedit motum mobilis ratione & causa. Non igitur propter hoc datur nobis auxilium, quia nos ad illud per bona opera promovemur, sed potius nos ideo per bona opera promovemur, quia a Deo auxilio prevenimur.

118 Potest insuper snaderi conclusio triplici ratione. Prima sumitur ex D. Thoma loco proxime citato, ubi sic dicitur: Nullam agentem particularem potest universaliter prevenire actionem primi & universalis agentis, eo quod omnis actio particularis agentis originem habeat ab universalis agente, sicut in istis inferioribus omnis motus proceditur a motu celesti; sed anima humana ordinatur sub Deo, sicut particulare agentis sub universalis; impossibile est ergo esse aliquem actum motum in ipsa, quem non preveniat actio divina.

119 Secunda ratio quam habet idem Sanctus Doctor 1. 2. quest. 119. artic. 6. potest sic proponi: Finis & principium alius effectus debent proportionari quoad ordinem: At finis omnis dispositionis ad gratiam supernaturalem est Deus, non ut auctor naturae, sed ut auctor gratiae: Ergo principium illius debet esse Deus ut auctor gratiae, & non ut auctor naturae, & consequenter a libero arbitrio procedere ut divina gratia adjuvo. Prima & secunda consequentia, cum Majori, probatione non indigent. Minor autem probatur. Omnis effectus cuius finis proximus est supernaturalis, habet pro fine ultimo Deum ut supernaturalem auctorem: At omnis dispositio ad gratiam supernaturalem, habet pro fine proximo aliquid supernaturale: scilicet formam ipsam. Ergo respicit pro fine ultimo Deum ut auctorem supernaturalem.

120 Confirmatur & magis illustratur haec ratio. Omnis effectus cuius principium aliquid excedit exigentiam totius naturae, est supra naturae exigentiam, & consequenter su-

pernaturalis: At omnis dispositio ad formam supernaturalem, est effectus alicujus causae excedentis totius naturae exigentiam: Ergo excedit ipsae exigentiam totius naturae, & consequenter est supernaturalis. Major est evidens. Minor probatur. Dispositio est causa formae in genere causae materialis, causatur tamen ab illa in genere causae finalis: Ergo omnis dispositio ad formam supernaturalem, finaliter causatur ab illa: At forma supernaturalis, totius naturae exigentiam excedit: Ergo omnis dispositio ad formam supernaturalem, est effectus alicujus causae excedentis exigentiam totius naturae.

Tertia ratio sic potest formari: Omnis dispositio positiva ad formam supernaturalem, positive cum ea connectitur, eamque positive exposcit: Sed talis connectio & exigentia nequit actibus naturalibus in ordine ad formam supernaturalem competere. Ergo actus ordinis naturalis non possunt ad gratiam preparare. Minor est per se nota, ea enim quae sunt ordinis inferioris & naturalis, non dicuntur habitudinem & connexionem cum rebus ordinis superioris & supernaturalis. Major autem in qua est difficultas, probatur ex differentia in modo causandi, quae intercedit inter subiectum & dispositionem, respectu formae supernaturalis. Illud enim solum concurrunt per obedientialem potentiam, quae consistit in non repugnantia ad formae receptionem: dispositiones autem non causantur ratione potentiae obedientialis, non repugnantia receptioni formae, alias aequae elongatum maneret subiectum a forma recipienda illis positae, ac antea: si quidem solum haberet ex adventu dispositionum non repugnantiam, quam ratione sui antea habebat: causant ergo dispositiones positive inclinando & approximando subiectum ad formam recipiendam: At positive inclinatio, est positive petere formam inducendam: Ergo omnis dispositio ad formam supernaturalem, positive illam petit, & cum ea connectitur.

Denique probari potest conclusio ex duplici absurdo & inconvenienti quod sequitur ex adversa sententia. Si homo ex virtutibus naturae possit ad primam gratiam & vocationem se disponere, poterit etiam illam saltem de congruo promereri: Consequens est falsum & erroneum, ut constat ex dictis §. 1. Ergo & Antecedens. Sequela Majoris probatur. Cum omnis dispositio ex se & ex sua natura dicat ordinem & habitudinem ad formam ad quam disponit, & sit magna ratio eam inducendi in subiectum, quaedam rationem debet secum afferre; unde si aliunde talis dispositio sit moralis, & consistens in actibus liberi arbitrii, vix potest ab illa aliqua ratio meriti separari. Quare S. Prosper contra Collatorem cap. 6. illum redarguit, eo quod assereret dari in natura quaedam initia fidei & bonae voluntatis, & tamen negaret gratiam secundum merita nostra dari: Velle nobis inquit convinceris gratiam Dei secundum merita nostra dari, cum aliquid in ipsis hominibus procedere affirmas, propter quod gratiam consequantur. Nec enim nullius meriti haberi potest potentia fidei, quatenus pietatis, pulsantis instantia.

Præterea, si homo per opera naturalia ad primam vocationem, primumque gratia auxiliantem se disponeret, gratia non esset preventiva, sed preventa a natura, & a libero arbitrio; nec ductrix illius, sed pedissequa: omnis enim dispositio prevent formam ad quam disponit, eamque prioritate temporis, vel saltem naturae, antecedit. Quam etiam rationem tangit S. Prosper in eodem libro cap. 39. his verbis: Quoniam si secundum ipsos (scilicet Semipelagianos) auferatur liberum arbitrium, cum a gratia prevenitur, auferatur etiam gratia, cum libero prevenitur arbitrio.

§. IV.

Diluantur argumenta adversae sententiae.

Objicies primo: Licet in natura non detur vis proxima, & immediate productiva actuum supernaturalium, ut docent Thomista contra Suarez & alios Recentiores, negari tamen non potest, in illa dari virtutem saltem radicalem & mediatam, seu potentiam obedientialem radicalem & remotam in ordine ad illos; alioquin potentia vitalis animae (intellectus scilicet & voluntas) mere passive se haberent ad actus supernaturales, nec possent elevari ad illos elicendos, ut late expendimus in Tractatu de visione beata. Ergo similiter, quamvis in natura non possit dari vis proxima dispositiva ad gratiam, non videtur tamen posse negari, in illa dari virtutem dispositivam, saltem remotam & mediatam, & consequenter hominem, per actus moraliter bonos, ex natura virtutibus elicitos, removere saltem ad primum auxilium gratiae posse se disponere. Consequentia videtur manifesta, cum ex paritate rationis, tum etiam quia non minus est de ratione formae supernaturalis excedere facultatem activam naturae, quam facultatem dispositivam, unde si in natura admittatur vis productiva actuum supernaturalium, radicalis & remota; non est cur ei denegetur vis dispositiva saltem initialis & remota.

Respondet hoc argumentum laborare in acquirecco: nam aliud

aliud est potentia remota dispositiva ad gratiam, & aliud dispositio remota ad gratiam. Primum concedimus convenisse naturae, quia ad hoc sufficit quod in natura sit potentia remota elicitiva actuum supernaturalium disponentium ad gratiam finalitatem. Secundum autem negamus, eo quod ea quae sunt ordinis inferioris, non possunt disponere & preparare subiectum ad recipiendam formam ordinis superioris, ut supra ostendimus. Unde in forma ad argumentum, concessio Antecedens, & primo Consequente, debet negari secundum. Ex eo enim quod in natura detur potentia remota elicitiva actuum supernaturalium, & consequenter remota dispositiva ad gratiam, non sequitur hominem per actus moraliter bonos ex natura virtutibus elicitos, posse remota ad primum gratia auxiliantem se disponere. Ratio autem discriminis inter potentiam activam remotam, & remotam dispositionem est, quia potentia activa non influit ratione sui, sed ut elevata per formam supernaturalem donem vires proximas elicivas: dispositio autem remota, ratione sui causalitatem exercet in formam nec ad illam excedendam indiget elevari per dispositiones proximas: licet enim ibi deficerentur ut forma causeretur, & de potentia subiecti educatur; non tamen requiruntur ut elevantes remotas dispositiones, sicut habitus & auxilia, ordinis supernaturalis exiguntur ad elevandas potentias animae.

Objicies secundo: Actus pure naturales imperatorie ad primam gratiam concurrere possunt: Ergo & dispositive, Consequentia patet ex paritate rationis; Antecedens vero probatur ex D. Thoma 2. 2. q. 83. art. 16. in corp. ubi docet orationem peccatoris ex bono naturae desiderio procedentem, Deum audire; non quasi esse iustitia, quia peccator hoc non meretur, sed ex pura misericordia: Ergo ex D. Thoma oratio naturalis habet vim imperandam apud Deum. Unde ibidem in resp. ad 2. ait: Quomodo ergo oratio (scilicet peccatoris) non sit meritoria, potest tamen esse imperatoria: quia meritorium iustitiae sed imperatio iustitiae gratia.

Respondet negando Antecedens; nam ut docet S. Thomas quest. citata, art. 25. ad 1. Oratio quae imperat gratiam gratum facientem, procedit ex aliqua gratia: Et in resp. ad 3. ait: Oratio iustitiae principaliter fides, non quantum ad efficaciam merendi, sed quantum ad efficaciam imperandi: Ergo ex mente D. Thoma ut oratio sit imperatoria, debet ex gratia procedere. Unde quoad loco citato in argumento docet Deum exaudire orationem peccatoris ex bono naturae desiderio procedentem, loquitur de desiderio naturae, non nude, sed elevata per gratiam auxiliantem, & in fide fundato.

§. V.

Exponitur quaedam testimonia D. Thoma.

DIVUS THOMAS in primo & secundo libro sententiarum, quaedam docet quae prima fronte videntur aperte militare contra nostram conclusionem, & favore sententiae quae docet hominem ex virtutibus naturae posse se preparare ad gratiam. Nam in 1. dist. 47. q. 1. art. 3. in corp. ait: Opus bonum procedens gratiam, non est causa meritoria gratiae, sed solum dispositio quaedam. Et in resp. ad 2. inquit: Prædestinationis respectu gloriae habet rationem iustitiae distributivae (in ordine scilicet executionis, ut alibi exposuimus) sed respectu primi effectus, scilicet gratiae, habet rationem magis liberalitatis, quam iustitiae, quia gratia datur gratia, & non redditur meritis, unde ex parte recipientis, non est assignare quare dignus sit gratia, sed solum dispositionem quaedam. Quae verba explicari non posse de gratia habituali, ex eo convincitur, quod illa non est primus prædestinationis effectus: loquitur autem S. Doctor de primo effectu prædestinationis: Ergo non de gratia habituali & sanctificante, sed de actuali & auxiliante, ejus verba procedunt, eamque primam gratiam opera supernaturalia nequeant precedere, manifeste videtur sentire, actus mere naturales ad primam gratiam disponere, est illi iam non premerentur.

Secundum testimonium habetur in 2. dist. 5. q. 2. art. 1. ubi inquit: An Angeli indigerent gratia ut converterentur in Deum? & postquam retulit sententiam aliorum, qui docebant ad conversionem meritoriam duplicem gratiam requiri: aliam gratiam facientem, informantem actum, ac reddentem meritorium; alteram gratiam datam a qua elicitur substantia actus, sic ait: Sed istam gratiam potest non videri necessariam, nisi ipsa liberae arbitrii gratia datur, quae procedit alicui nobis a Deo est. Et tandem concludit: Et ideo aliter est dicendum, quod ad habendam conversionis sufficit liberum arbitrium, quod se ad habendam gratiam per hunc actum preparat & disponit: sed efficaciam conversionis ad meritum, non potest esse nisi per gratiam: unde unus & idem motus est conversionis liberi arbitrii in quo gratia insensatur, qui est dispositio ad gratiam, secundum quod exiit a libero arbitrio, & meritorium, secundum quod gratia informatur.

Tertium habetur in eodem libro dist. 28. q. 1. art. 4. in corp. ubi relata sententia exigente natura gratia gratis datur, ut quis se ad gratiam prepararet, sic ait: Illud autem ponere videtur inconvenientem, quia preparatio quae est ad gratiam non est per actus qui sunt adequati ipsi gratia, aequalitate proportionis, sicut meritum aequatur premio, & ideo non oportet ut actus quibus homo se ad gratiam preparat: sint naturam humanam excedentes. Ergo ex mente D. Thoma, actus mere naturales sunt preparatio ad gratiam.

Haec testimonia adeo clara & perspicua pluribus Thomistis visa sunt, ut nullam aliam solutionem invenirent, nisi quod D. Thomas sententiam ibi traditam, in summa Theologica, quae est veluti altimum ejus testamentum, postea retractavit. Sive ut alii dicunt, id quod junior docuerat in sententiis, senior & doctior factus, in summa Theologica, & super Epistolam Pauli, ad meliorem & clariorem formam redegit. Verum praeterquam quod non ita de facili concedendum est, D. Thomam mutasse aliquando sententiam, nisi quando, ipsemet expresse & in terminis eam retractat; iterandum non est id quod aliqui dicunt, Angelicum scilicet Praeceptorem, Semipelagianis aliquando fuisse, & ex Collationibus Patrum, quas (ut refertur in ejus vita) ad componendos mores, a fide pervolvebat, hausisse, hanc doctrinam quam in libris sententiarum expressit. Nam praeterquam quod haec responsio S. Doctoris non parum videtur injuriosa, coherere non potest cum essatis plurimum summorum Pontificum, qui universam Sancti Thomae doctrinam approbarunt, eamque puram, illibatam, & sine ullo perhorum errorum scriptam esse pronunciantur. Hac ergo responsione, seu potius fuga & evasione, rejecta,

Ad primum testimonium respondeo D. Thomam ibi non loqui de prima gratia auxiliante, sed de gratia habituali ad quam homo se preparat per actus procedentes libero arbitrio, non nude, sed elevato per gratiam auxiliantem. Nec reiert, illum ibi loqui de primo prædestinationis effectu, qui est prima vocatio: debet enim intelligi non de primo simpliciter, sed de primo inter principales prædestinationis effectus, qui sunt gratia & gloria: inter quos primus effectus est gratia habitualis.

Ad secundum dicitur sententiam illorum Doctorum quae ibi impugnat D. Thomas, dicentium ad rationem meritum requiri gratiam gratum facientem, & ad substantiam actus gratiam gratis datam, non procedere de gratia gratis data, fluida & transiente, sed de habituali & permanente. Unde quando S. Doctor gratia necessitatem ad substantiam actus impugnat, non excludit necessitatem gratiae auxiliantis, fluidae, & transients, sed gratiae habitualis, & permanentis. Quod autem haec sit vera & germana mens S. Thoma, constat manifeste, quia sententia ibi impugnata eadem est ac illa quam refert & impugnat in ultimo testimonio: At haec expresse loquitur de gratia habituali: Ergo & illa. Minor probatur: Postquam D. Thomas loco ultimo citato docuit gratiam sumptam pro excitativo voluntatis ad bonum, necessariam esse ut homo se ad gratiam disponat, haec verba subiungit: Si autem accipitur gratia pro aliquo immore habituali gratia infusa, sic duplex est opinio: quidam enim dicunt, quod nullus potest se ad gratiam gratum facientem preparare, nisi per aliquod immore menti infusum, quod est donum gratiae gratis datae. Ecce quomodo Auctores illi necessitatem dono habituali exposcunt menti infusum, ut homo se preparat ad gratiam gratum facientem; quam sententiam ibidem impugnat D. Thomas: Ergo opinio quam rejicit tam in secundo quam in tertio testimonio, est de dono habituali requisito ut homo se ad gratiam disponat. Quod etiam ex eo manifestum videtur, quod ratio qua utitur, ut scilicet quia alias daretur processus in infinitum, solum convincit, si ad preparationem donum habituale exigatur. Si enim donum gratiae actualis necessarium constituitur, cum hoc dispositiones praevis non petat, vitatur processus in infinitum. Afferendum ergo est, quod in utroque testimonio, quando ait D. Thomas, Ad substantiam actus ad gratiam disponentis, gratiam non requirit, nisi gratia nominis liberum intelligentis arbitrium: non excludit gratiam actualis auxiliis, sed doni habitualis & nomine liberi arbitrii, non utitur contrapositive ad gratiam actualem, sed habitualem.

Dices: D. Thomas loco primo citato in fine corp. articuli ait: Ad gratiam gratum facientem habendam, ex solo libero arbitrio se homo potest preparare. Et in resp. ad 4. docet quod etiam ad fidem habendam aliquid se preparare potest per idem quod in naturalibus ratione est. Ergo S. Doctor ad se preparandum ad gratiam & ad fidem, excludit necessitatem omnis doni supernaturalis, tam actualis, quam habitualis. Quod potest confirmari ex ultimo testimonio, ubi ex eo probatur non requiri gratiam ut homo disponatur ad gratiam, quia cum dispositio non sit aequanda forma, non est necessarium quod actus disponens ad gratiam, excedat naturam humanam: At haec ratio pari efficacia excludit necessitatem doni actualis, ac doni habitualis: Ergo idem quod prius.

Respon-

134 Respondet ex ipso D. Thoma quodlib. 1. art. 7. in resp. ad 1. quod quando dicitur homo se preparare ad gratiam vel ad fidem, ex se, vel per solum liberum arbitrium, aut per id quod est in naturali ratione &c. non excluditur necessitas auxilii divini, sicut nec quando dicitur ignis ex se calefacere, excluditur necessitas celestis motus. Idem docet in 2. ad Annibal. diff. 29. art. 4. ad 3.

135 Ad confirmationem: dicitur D. Thomam non dixisse quod actus disponentes ad gratiam non sint illi adequandi absolute, aequalitas enim, quoad ordinem saltem requiritur: sed dixit non esse illi adequandos ea aequalitate qua meritum adequatur cum premio. Unde quando inquit non debere excedere naturam humanam, cum eodem addito est accipiendum: scilicet sicut illam excedit meritum. Et hoc verum est, nam meritum excedit taliter humanam naturam, quod petat illam evertam ad aliam naturam, per donum scilicet gratiae habitualis qua fit homo particeps naturae divinae, quem excessum non habent actus ad gratiam preparantes, cum non petant naturam humanam elevatam ad participationem divinae naturae, sed tantum in ordine supernaturali per auxilia gratiae constitutum.

136 Obiectis ultimo: D. Thomas in supplem. q. 14. art. 4. ait: Opera extra caritatem facta, non sunt meritoria ex cogitatione, neque aeterni, neque temporalis alicuius boni apud Deum, sed quia aequum bonitatem decet ut ubiqueque dispositionem inveniat, perfectionem adiciat, ideo ex merito congrui dicitur aliquis mereri aliquid bonum per opera bona extra caritatem facta, & secundum hoc opera ista ad triplex bonum valent: scilicet ad temporalem consecutionem, ad dispositionem ad gratiam, & ad assuetudinem bonorum operum. Quibus verbis S. Doctor aperte proficitur, hominem per bona opera naturalia mereri de congruo aliquid bonum, & per alia ad gratiam se disponere.

137 Respondet quod quando D. Thom. docet quod per opera extra caritatem facta, homo de congruo promereri potest aliquid bonum, non loquitur de bono supernaturali, & ad ordinem gratiae pertinentem, sed de bono temporali, & ad ordinem naturae spectante, quare addit quod illa opera valent ad temporalem consecutionem: Quando vero subiungit, quod illa opera valent etiam ad dispositionem ad gratiam, intelligendus est de dispositione, non positiva, id est habente connexionem positivam cum gratia: neque etiam dispositione negativa infallibili, id est omne impedimentum receptionis formae excludente (hanc enim, ut infra dicemus, homo lapsus non potest habere ex facultate naturae, & viribus liberi arbitrii) sed de dispositione negativa fallibili, id est, aliquid impedimentum receptionis formae excludente: solumque intendit S. Doctor, quod per exercitium bonorum operum qua extra caritatem fiunt, mitigantur passiones, & remouentur plura peccata quae gratiam demerentur, & quibus homo clauderet Deo otium cordis, & divina gratia plura & maiora poneret obacula: unde addit, quod illa opera valent ad dispositionem ad gratiam, & ad assuetudinem bonorum operum.

§. VI.

Explicatur Chrysostr. & ab errore Semipelagianorum vindicatur.

138 Chrysostr. in quibusdam locis videtur docere, Deum sua gratia nostras non prevenire voluntates, sed nostram electionem & consensum expectare, ut nobis primam gratiam & vocationem largiatur. Nam hom. 12. in Epist. ad Hebraeos haec scribit: Operet nos eligere primum qua bona sunt, & tunc ipse qua sua sunt introducat: non antequam nostras voluntates, ne ledatur arbitrium; cum autem nos elegerimus, tunc multam nobis offert auxiliacionem. Et homil. 17. in Joann. ad illa verba: Convertes autem Jesus, sic ait: Hinc admereri possumus, Deum suis in nos beneficiis nostras non prevenire voluntates, sed a nobis incipiendum esse: sed cum nos prompto paratoque animo ad suscipiendam gratiam exhibemus, tunc multas nobis offert salutis occasiones.

139 Propter haec & similia testimonia, Vasquez hic disp. 91. c. 8. iustissime probare conatur, Chrysostr. & alios ex Patribus Graecis, in errorem Semipelagianorum esse lapsos; addique Cassianum, Chrysostr. Discipulum, a suo Magistro hunc errorem quem habet collat. 13. didicisse. Et cap. sequenti, prolixè refert expositiones Theologorum ad praefata testimonia, quas omnes parvi pendit, & totis viribus conatur evertere.

140 Ab hoc tamen errore, seu potius calumnia, recte Chrysostr. videntur vindicari noster Sixtus Senensis, lect. 3. Biblioth. annotat. 101. & ait Joannem Oecolampadium Lutheranae haeresis professorem, hunc errorem illi Sancto Doctori primo imposuisse, refertque plura hujus sancti Patris testimonia, in quibus aperte gratiam prevenientem admittit, & docet initium nostrae justificationis esse gratiam Dei, & non nudam naturam, totamque Semipela-

gianorum doctrinam evertit. Nam homilia de Adam & Eva tomo 1. haec scribit: Omnium bonorum affectuum, atque operum, & omnium studiorum, omniumque virtutum, quibus ab initio fidei ad Deum tenditur, Deum profitemur auctorem, & non dubitemus ab ipso gratia omnia hominis merita provenire, per quam etiam fit ut aliquid boni & velle incipiamus & facere. Videt etiam potest homil. 12. in 1. ad Cor. ad verba illa Apostoli: Quid habes quod non accepisti? Et hom. 38. ad populum Antiochenum, ubi expresse docet initium fidei & bonae voluntatis, ex Deo, & non ex nobis, & a Dei gratia preveniente, non vero a libero hominis arbitrio, ortum ducere. Unde patet quam vanus fuerit labor Vasquezii, & quam inutiliter ac otiose defudaverit, ad demonstrandum Chrysostr. cum Semipelagianis sensisse, & in eorum errores incidisse. Et mirum est, illum auctorem alia Patrum testimonia exponere, & nolle in eodem sensu pie interpretari Chrysostr. unde sua verba eandem explanationem sine vi patiatur.

Ad primum testimonium supra relatum, in primis dici potest cum Sixto Senensi, ubi supra, quod Chrysostr. ibi loqui videtur de gratia habituali, & sanctificante ad cuius adoptionem praerequitur motus liberi arbitrii ad illam disponens, quem motum & dispositionem a gratia actuali & preveniente procedere, Chrysostr. ibi non negat, & in aliis locis supra citatis affirmat. Quod si quis contendat, Chrysostr. ibi loqui de gratia actuali, & non solum de habituali: Secundo responderi poterit solum intendere, gratiam actualem non antecedere voluntates nostras, antecedentia necessitante, & impediende liberum consensum & cooperationem liberi arbitrii, qualem Manichaei contra quos agit, docebant: Ait enim: Omnia Dei sunt, non ita ut liberum arbitrium ledatur. Et postea subdit: Non antecedit voluntates nostras, ne ledatur arbitrium. Sic etiam S. Thom. hic art. 1. ad 1. & 3. contra Gent. c. 90. interpretatur Damascenam dicentem: Omnia quidem praecipit Deus, non autem omnia praedeterminat & dicit, Damascenam his verbis solum intendere excludere praedeterminationem imponentem necessitatem, ut in rebus naturalibus, non autem praedeterminationem cum libertate compositam.

Ad alium locum ex hom. 17. in Joann. respondet Joan. a S. Thom. ipsum fuisse insigniter a quibusdam depravatum, illumque legi debere iuxta editionem Venetae Francisci Ziletti ann. 1583. in qua sic legitur: Convertes Jesus, & videns eos sequentes, dicit eis: quid queritis? hinc admereri possumus, Deum suis in nos beneficiis nostras prevenire voluntates, nec a nobis incipiendum esse, sed cum nos prompto, paratoque per illum animo, ad suscipiendam gratiam exhibemus, tunc multas nobis offert salutis occasiones, & confert: Ita restitutus est locus. Et recte, nam omnino inconsequens erat, ex illis verbis, Convertes Jesus, &c. inferre Deum nostras non prevenire voluntates suis beneficiis, cum potius oppositum sequatur: Si enim convertes Dominus, prior eos interrogavit & affatus est: ergo prior prevenit. Quomodo ergo potuit dicere Chrysostr. hinc, id est ex illo loco, nos admereri, nostras voluntates non preveniri Dei beneficiis; cum totum oppositum sequatur? Si vero lectio Chrysostr. fuit inepta, tunc juxta primam solutionem respondendum est, ipsum loqui de gratia sanctificante, quam Deus non immittit nobis, nisi prius nos disponamus: hanc tamen dispositionem ex Deo esse, Chrysostr. non negare.

§. VII.

Sententia Molinae rejicitur.

141 Deo ultimo nullam esse legem statutam, ut homini facienti quod in se est ex facultate naturae, Deus infallibiliter conferat auxilia gratiae.

Probat primo ex Concilio Arausicano 2. can. 6. ubi damnatur qui dixerit, sine gratia Dei credentibus, voluntibus, desiderantibus, & pulsantibus nobis misericordiam conferri: conferretur autem, si esset talis lex statuta: Ergo illa admittenda non est.

142 Dices, Concilium in illo canone solum proscribere errorem Semipelagianorum, qui ponebant aliquale meritum, & moralem causalitatem in operibus naturae, respectu primae gratiae, & vocationis supernaturalis; non tamen damnare illos qui licet adjuvant gratiam facientibus quod in se est ex facultate naturae, & viribus liberi arbitrii: omne tamen meritum & causalitatem moralem a natura operibus excludant respectu divinae gratiae.

143 Sed contra primo: Concilium damnat eos qui asserunt, credentibus, voluntibus, desiderantibus, & pulsantibus, misericordiam conferri: Ergo damnat etiam eos qui asserunt auxilia gratiae dari ex misericordia, & non ex iustitia, vel debito, facientibus quod in se est ex facultate naturae; & consequenter eos qui operi naturali gratiam infallibiliter annexant, etiam abique merito & causalitate morali.

146 Secundo, falsum est quod Semipelagiani aliquale meritum in operibus naturae respectu primae gratiae constituerint. Nam Paulus & Cassianus Semipelagianorum Coryphaei & Antesignani, expresse docebant, quod illa initia fidei & bonae voluntatis, quae asserant esse in nobis ex nobis, & ex viribus liberi arbitrii, non erant meritoria auxiliorum gratiae. Paulus enim lib. 1. de libero arbitrio cap. 17. sic ait: Sed ante omnia arrogantiam laboris resurgimus, nec nobis quidquam de ejus meritis vendicamus. Et Cassianus collat. 13. cap. 13. inquit: Et nihilominus gratia Dei semper gratuita perseverat. Et cap. 14. Praestonamque est Deo, occasione sibi tantummodo a nobis, bona voluntatis oblati, ad haec omnia conferenda. Et in hoc sensu Semipelagianorum errorem intellexisse videtur Hilarus in Epist. ad Augustinum, cum refert ipsos asseruisse: Nec negari gratiam, si praestaretur talis voluntas, qua tantum medicum quare, nec autem quidquam ipsam jam videtur.

147 Tertio, sicut S. Propper & alii SS. Patres inferebant ex doctrina Cassiani, & aliorum Semipelagianorum, afferentium homini desideranti, pulsanti, & facienti quod in se est ex facultate naturae, infallibiliter conferri gratiam, sequi illam secundum merita nostra dicit: Nec enim inquit Propper supra relatus nullius meriti esse potest praestari fides, quarens pietas, pulsans infirmitas, ipsam caritatem, erit meritum, cui tantum ex debito, gratia veniat adiutorium, sine quo gratia Dei non gratis dabitur, sed secundum meritum nostrum dabitur. Ita etiam nobis argumens licet contra Mediam, & ostendere sequi ex ejus doctrina, gratiam ex meritis & non gratuita, nec ex misericordia, sed ex iustitia, & ostendere sequi ex ejus doctrina, gratiam ex lege & pacto homini operanti, datur illi ex iustitia, saltem imperfecta: nam lex & conventio fundant rationem iustitiae, ut patet ex illa parabola Christi, in qua operarii conveniunt cum Domino de denario; ibi enim Dominus dixit uni: Solime ex denario convenisti mecum? ille quod istum est, &c. Ergo si auxilia actualia prevenientis gratiae, dantur a Deo ex pacto & conventionem, facientibus totum quod possunt ex facultate naturae, dantur illis ex iustitia, atque adeo auxilia illa non erunt dona gratiae, sed debita operibus.

148 Confirmatur ex illo ad Roman. 4. Et autem qui operatur, merces non imputatur secundum gratiam, sed secundum debitum. Ergo si est lex quod operanti ex facultate naturae totum quod potest, dantur auxilia gratiae, talia auxilia dabitur illi secundum debitum, non secundum gratiam.

Dices, Tale debitum & obligationem esse solum in ordine ad Christum, qui tale pactum cum Patre aeterno inicit, non autem in ordine ad hominem bene utentem naturalibus facultate liberi arbitrii.

149 Sed contra: Si aliquis Rex ad instantiam Principis concederet legem, per quam promitteret se daturum aliquam civitatem cuiusque ex milibus sui exercitus illum primum ingredienti, certe qui prius ingrederetur talem civitatem, faceret eam sibi debitam ex iustitia, fundata in lege statuta ad instantiam Principis; & supposita tali lege, opus illud haberet aliquam proportionem cum valore illius civitatis; quia lex dedit illi talem proportionem, quamvis secundum se, & seclusa lege, illam non haberet. Ita similiter si Pater aeternus, ad instantiam & petitionem Christi, condidit legem, qua statuit facientibus quod in se est ex facultate naturae, & viribus liberi arbitrii, subrogare auxilia gratiae: illa erunt aliquo modo debita ex iustitia homini facienti quod in se est ex viribus naturae; quia supposita tali lege, opera naturalia, quamvis aliunde improporcionata, & inferioris ordinis; habebunt aliquod jus in auxilia gratiae.

Secundo probatur conclusio ex S. August. sepe afferentem, nullam posse assignari rationem ex parte hominis, quare Deus vocet illum, & non illum, & cur illum trahat, & illum non trahat, & docente, Deum quandoque vocare meretrices, & histerios, alioque homines nequissimos, legisque naturalis maxime transgressores, relictiis aliis qui vivunt sine querela, & bonis operibus moralibus intendunt: ut patet ex Tract. 6. in Joann. & q. 2. ad Simplex. circa fin. Ad haec vero non essent, fideretur lex illa quam Molina in Deo fingit: Ergo illa admittenda non est. Minor probatur: nam si daretur talis lex, facile posset reddi ratio, cur Deus unum vocet & trahat per suam gratiam auxiliantem, non vero alium: quia scilicet hic fecit quod in se erat; & quod poterat ex facultate naturae, & viribus liberi arbitrii, non vero ille; & sic falsum esset quod docet Propper cap. 25. de vocatione Gentium: Hanc questionem profunditatem non posse solvi per hominum arbitrii velle vel nolle: immo (ut cum Augustino loquar) nullam quam saltem opus esset, Apostolus faceret questionem.

150 Tertio fideatur conclusio. Nullum opus salutare, discernensque hominem in ordine ad suam supernaturalem,

& initians salutem, potest juxta Concilia, & Scripturam, & Patres, effici ab homine absque auxilio gratiae: At constituta hujusmodi lege de antecedenda infallibiliter gratia auxiliante, consequenter ad conatus naturales, posset homo efficere absque adjutorio gratiae opus aliquod salutare, ipsum discernens ab alio in ordine ad salutem, illamque initians: Ergo talis lex concedenda non est. Probatur Minor. Ista lege supposita, opus naturale ad salutem conduceret: Ergo esset salutare, & eliciens tale opus, poneret aliquid ad quod infallibiliter adjugetur gratia, quod non eliciens non poneret: Ergo se discernere in ordine ad gratiam a non eliciente. Item tali opere posset, infallibiliter adesse gratia, qua se ad salutem spirituales disponeret, Ergo esset salutis spiritualis initium, & tamen hoc opus eliceretur ab homine, absque divinae gratiae adjutorio. Ergo absque illo se discerneret ab alio, opus salutare efficeret, & salutem initiaret.

Confirmatur: Circumciso ad cuius praesentiam Deus in lege antiqua gratiam conferabat, nec physice, nec moraliter gratiam causabat, in sententia plurium Theologorum, & tamen nemo negabit Circumcisionem eis quibus applicabatur fuisse salutarem; eo quod Circumcisione posita, Deus gratiam adjugebat: Ergo quamvis conatus naturales primam gratiam non causent, si tamen illi positi Dei misericordia infallibiliter adjuvantur, tales actus sunt salutares, & consequenter homo ex propriis viribus eos eliciens, efficiet sine gratia opus utile ad salutem.

Quarto probatur conclusio ex fundamentis supra statutis. Repugnat Christum meruisse, vel potuisse mereri, si fieri aliquam legem a Patre aeterno, per quam destruat ratio sua essentia gratiae: Sed per pactum & legem quam Molina fingit in Deo, destrueretur ratio gratiae: Ergo illa est impossibilis. Minor probatur: Tum quia repugnat gratiae quod datur ex operibus, vel ex aliquo merito, etiam de congruo, alioquin non esset gratia, sed debitum: At qui, ut supra ostendimus, supposita illa lege Molinistica, gratia daretur ex operibus, & ex aliquo merito, saltem de congruo: Ergo destrueretur ratio gratiae. Tum etiam, quia (ut supra arguimus) est contra rationem gratiae prevenientis, preveniri a libero arbitrio: Sed supposita illa lege, gratia preveniretur a libero arbitrio, quia supponeret bonum illius usum, viribus naturae habitum: Ergo idem quod prius.

Denique probatur conclusio. Non licet admittere in Deo aliquam legem, aut pactum, nisi illud habeat fundamentum in Scriptura, vel Concilio, aut SS. Patribus. Sed pactum illud de concedenda infallibiliter gratia homini facienti quod in se est ex facultate naturae, & viribus liberi arbitrii, non habet fundamentum in Concilio, aut SS. Patribus; immo potius ex illis oppositum colligitur, ut supra ostendimus: illud etiam non innotescit nobis ex Scriptura, ut constabat ex infra dicendis: Ergo est fictitium & chimericum.

§. VIII.

Duo Corollaria notata digna.

151 EX dictis colligit primo: hoc axioma, facienti quod in se est, Deus non denegat gratiam, intelligendum esse de faciente quod in se est, non ex viribus naturae, sed ex auxilio gratiae efficaciter movente ad justificationem, ut explicuit S. Thomas ad Rom. 10. lect. 3. ubi dicit: Hoc ipsum quod aliqui faciunt quod in se est, convertendo se ad Deum, ex Deo est movente corda ipsorum in bonum. Et 1. 2. q. 109. art. 6. ad 2. Cum dicitur homo facere quod in se est, dicitur hoc de potestate hominis, secundum quod est motus a Deo: Idem docet q. 114. art. 3. in corp.

152 Colligit secundo: neque etiam dispoitione negativa infallibili, posse quempiam ex propriis viribus se ad gratiam disponere. Quia tunc potest aliquis dispoitione negativa infallibili se disponere, quando potest omne impedimentum receptionis formae excludere: At homo propriis viribus non potest vitare omne peccatum mortale, per quod ponitur vitans impedimentum ad gratiam, ut ostendimus in tractatu de gratia: Ergone potest se dispoitione negativa infallibili ad gratiam auxiliantem disponere. Unde S. Thomas ad Hebraeos 12. lect. 3. dicit: Hoc ipsum quod aliquis non ponit obstaculum gratiae, est ex gratia Dei.

153 Dices, Idem S. Doctor 3. cont. Gent. cap. 159. ait: Cum hoc sit in potestate liberi arbitrii impedire divinae gratiae receptionem, vel non impedire, non immerito in culpam impunitur ei qui impedimentum praestat gratiae receptioni: Ergo sentit D. Thomas esse in potestate liberi arbitrii, non ponere impedimentum gratiae, & consequenter negative saltem se disponere ad ejus receptionem.

154 Respondet, D. Thomam loqui de libero arbitrio, prout erat in homine integro, non vero prout est in homine lapsio, ut ibidem exponit Ferrarientis, & constat ex capite sequenti, ubi sic habet: Quod dictum est in potestate liberi arbitrii esse ne impedimentum gratiae praestet, competit his quibus naturalis potestas integra fuerit.

159 Diess ruffus: Saltem sequi ex hac doctrina D. Thomae, infallibilem fore divinam gratiam assistentiam in homine integro, si faceret totum quod potest ex facultate naturae, & viribus liberi arbitrii: At hoc non est dicendum, cum enim gratia sit ordinis supernaturalis, nunquam potest habere infallibilem nexum cum actibus ordinis naturalis & inferioris, ut supra dicebamus: Ergo &c. Sequela Majoris probatur: Homini integro, non peccanti, infallibilis foret divina gratia assistentia: Ergo si in ejus potestate naturali constitutum erat non peccare, infallibilis erat divina gratia assistentia homini integro, facienti, quod potest ex facultate naturae.

160 Respondeo negando sequelam Majoris, ad cujus probationem dicitur, D. Thomam loqui de homine integro, non integritate pure naturali (in hac enim non fuit de facto creatus, nec si in illa conderetur, ei foret oblata gratia supernaturalis, cum hac oblatio elevationem hominis ad finem supernaturalem supponat) sed de homine integro integritate justitia originalis, quae partem inferiorem superiori subiebat, & hanc Deo, nedam ut auctori naturae, sed etiam ut auctori gratiae. Ita Ferrarientis loco citato, ubi sic habet: *Deo naturalem potentiam intelligit S. Thomas liberi arbitrii potentiam, quae etiam voluntas dicitur, nullo peccato, nullaque inordinazione vitiatam, sicut erat in primo parate consequam peccato.* Cum ergo in homine sic constituto, essent supernaturalia praeccepta, ad quorum observantiam gratia egebat ut principio efficiente, & collectio naturalium, ad quorum implerem indigebat etiam gratia, non ut principio efficiente; sed ut expediente, id est appetitum inferiorem frenante, ne contra rationem insurgeret, si quod etiam in homine sic constituto, non verificetur fore infallibilem gratiae assistentiam, si faceret totum quod potest ex facultate naturae, & viribus liberi arbitrii.

§. IX.

Solvuntur argumenta Molinae.

161 Objicit in primis Molina quaedam Scripturae testimonia, ad probandum dari in Deo legem, seu pactum dandi auxilia gratiae facienti quod in se est ex facultate naturae. Primum habetur Joann. i. ubi dicitur: *Dedit eis (scilicet hominibus) potestatem filios Dei fieri:* hoc enim potestas non aliter potest intelligi data hominibus, nisi quatenus si faciant totum quod in ipsis est, praesto illis dederit Deus, ut fidem consequantur & gratiam. Praeterea ad id faciendum adducit illud primum ad Timoth. 2. *Deus vult omnes homines salvos fieri.* Et illud Apocal. 3. *Ego sto ad ostium, & pulso: id est (inquit Molina) sine ulla intermissione fiat Deus ad ostium cordis nostri, paratus nos fros juvare conatus, & consequenter homini bene conanti, divinae gratiae auxilium sibi non poterit.*

162 Ex his tamen testimoniis non recte colligitur dari in Deo legem illam quam Molina excogitavit. Non quidem ex primo, ut patet ex Augustino lib. i. contra duas Epistolae Pelagianorum c. 3. ubi ait: *Datur ergo potestas ut filii Dei fiant qui credunt in eum, cum hoc ipsum datur, ut credant in eum: qui potestas nisi datur a Deo, nulla esse potest ex libero arbitrio.* Unde etiam acute observat Cajetanus super caput i. Joann. quod Evangelista non dixit, dedit eis potestatem ut se facerent filios Dei, sed dedit eis potestatem filios Dei fieri: *Sicut enim (inquit) in naturalibus elementis est potestas non ut se moveant sursum aut deorsum, sed ut moveantur terra deorsum, & ignis sursum; ita Christi fidelibus data est potestas, non efficiendi se ipsos filios Dei (actio enim hoc omnem creaturam facultatem excohit) sed ut fiant filii Dei: potestas autem hic datur gratia est &c.*

163 Confirmatur: D. Joannes explicans quibus hac potestas conferatur, addit: *his qui credunt in nomine ejus.* Ergo auctore fidei illustrationem, hujusmodi potestas non datur, & consequenter ex illo testimonio non recte inferitur, facientem quod est in se per vires liberi arbitrii, habere in sua potestate, filium Dei fieri, per infallibilem divinam gratiae assistentiam.

164 Quod etiam ex secundo testimonio id maxime colligitur, in hunc modum ostenditur. Lex ista in sententia Molinae fundatur in meritis Christi: Ad voluntas antecedens salvandi omnes homines, in praedicto testimonio contenta, merita Christi atterverit, & competit Deo ut Creatori, & generali Provisori. Ergo ex tali voluntate, non recte colligitur dari ex meritis Christi in Deo legem, seu pactum dandi auxilia gratiae facienti quod in se est ex facultate naturae.

165 Tertium etiam testimonium dari in Deo talem legem non probat, sed solum indicat sincerum affectum, quo Deus sua bonitate affectus, auxilium suae gratiae omnibus generaliter offert: cum quo tamen stat, quod illud de facto aliquando denegat in poena praecedentis peccati, saltem originalis: ut ex Augustino docet D. Thomas 2. 2. q. 2. art. 5. ad 1. De quo infra disp. 5. art. 5. cum de effectibus reprobationis differemus.

Dices, Potestas ut filii Dei fiant, non solum datur hominibus in eum credentibus, sed etiam his quibus Evangelium praedicatum non est: alioquin illi essent extra statum, & viam salutis, quod de nullo homine viatore dici potest: At illis hac potestas non aliter competere potest, nisi quatenus si faciant quod possunt ex natura viribus, constituentur filii Dei: Ergo lex illa constituta est. Minor probatur: Illis talis potestas convenire non potest, quatenus si faciant quod possunt ex viribus gratiae, constituentur filii Dei, cum supponamus illos destitutos omni divinae gratiae auxilio: Ergo solum potest eis convenire praedicta potestas, quatenus si faciant quantum ex se possunt per vires naturae, praesto eis adierit auxilium praevientis gratiae.

Respondeo duplicem esse distinguendam potestatem in hominibus, ut fiant filii Dei adoptivi per gratiam: unam proximam & activam, per quam possunt proximam suam actibus se ad gratiam justificatam disponere; & de hac ait Augustinus: *Tunc dari, quando datur hominibus ut credant in Deum;* unde illa competit solum fidelibus. Alteram remotam, & quasi passivam: id est per quam homines sunt in potentia obedientialis, ut per divinam gratiam illustrati, constituantur complete potentes, ut se ad gratiam habendam disponant, & hanc potestatem asserimus omnibus hominibus esse communem, & insuper potestatem illam proximam, omnibus in communi esse oblatam, quatenus per omnibus mortuus est Christus, & pro omnibus sacramenta instituit; & omnibus patens est Ecclesia, non tamen omnibus in particulari applicata, sed quibusdam (saltem his qui infideles negative appellantur) in poenam praecedentis peccati, saltem originalis, denegatum, ut infra disp. 5. art. 5. latius exponemus. Unde in forma respondeo distinguendo Majorem: Potestas ut filii Dei fiant, datur etiam his quibus Evangelium praedicatum non est: Potestas remota & passiva, concedo. Potestas proxima & activa, distinguo: datur &c. si ly dari, idem significet ac offerri, concedo. Si idem denotet ac actu & de facto conferri, seu intrinsicè recipi, & applicari, nego. Quomodo autem cum hoc sit quod illi non sint extra statum salutis, & obligentur praeccepto penitentiae, loco citato dicemus.

Objicies secundo celeberrimum locum Augustini 19. de civ. 168 c. 13. ubi sic habet: *Deus ergo naturarum omnium sapientissimus conditor, & justissimus ordinator, qui terrenorum ornamentorum maximum instruit mortale genus humanum, dedit hominibus quaedam bona hinc vicia congrua. &c. eo pacto equissimo, ut quicumque moraliter callidus bonis recte usus fuerit, accipiat ampliora atque meliora. & ipsam immortalitatis pacem. Quo loco per bona ampliora, atque meliora, non possunt intelligi nisi dona gratiae, sicut per immortalitatis pacem, dona gloriae veniunt intelligenda.*

Respondeo hunc locum fuisse coram Clemente VIII. 169 die ultima Septembris anni 1602. a Patre Valentia objectum, eique respondisse Patrem Lemos, textum Augustini non fuisse ab eo fideliter relatum, sed corruptum, & adulteratum: non enim legitur in codice: *Bona ampliora atque meliora, & ipsam immortalitatis pacem, sed bona ampliora atque meliora, ipsam scilicet immortalitatis pacem, ac proinde particulam scilicet fuisse a Valentia mutatam, in particulam Et, quae variatio & corruptela, sensum Augustini omnino immutabat: Si enim loco particulae & ponatur particula scilicet, & legatur ipsam scilicet immortalitatis pacem, manifestum fit, Augustinum loqui tantum de bonis gloriae, & non de bonis gratiae, ac proinde indubitatum manet illud non loqui de usu temporalium, habito ex solis viribus naturae, quem certum est apud omnes Catholicos, non esse meritorium vitae aeternae; sed de solo bono usu temporalium, habito ex auxilio gratiae, & procedente ex motione vel imperio caritatis; sub qua solum ratione potest esse meritorium vitae aeternae.*

Objicies tertio: D. Thomas q. 14. de verit. art. 11. ad 1. ait: *Si quis in seipso conatus ducit naturalem rationem sequatur in appetitu boni & fuga mali, certissime tenendum est, quod ei Deus vel per inspirationem revelaret ea, quae ad credendum sunt necessaria, vel aliquem sibi Praedictorem ad eum dirigeret, sicut misit Petrum ad Cornelium.* Idem docet in solutione ad 2. & quae 24. de verit. art. 1. ad 2. & in 2. dist. 23. quae 1. art. 4. circa finem corporis, & in resp. ad 4. Ergo ex mente D. Thomae, homini facienti quod potest ex propriis viribus, est divina gratiae infallibilis assistentia.

Ad hoc argumentum, missa solutione eorum qui dicunt 170 D. Thomam mutasse sententiam, Respondeo in omnibus his testimoniis, ipsum loqui de faciente quod est in se, non ex viribus nude naturae, sed naturae auxiliatae per gratiam. Et quod haec sit vera & germana mens D. Thomae, suadet tripliciter. Primo quia ita clare se explicat, tum locis supra relatis, tum etiam in 2. sent. ad Anibal. dist. 28. art. 4. ad 3. his verbis: *Ad tertium dicendum quod potestas nostra nihil operari potest sine Deo qui operatur in eam naturam & voluntatem: unde cum dicimus aliquid esse*

in nobis, non excluditur Dei auxilium. Et quodlib. 1. art. 7. ad 1. *Per hoc (inquit) quod hominis est se preparare per liberum arbitrium, non excluditur necessitas auxilii divini, sicut nec per hoc quod ignis est calefacere, excluditur necessitas calefactus motus.* Secundo id aperte colligitur exemplo Cornelii, quod loco relato adducit S. Doctor: hunc enim non ex sola facultate naturae fecisse quod in se erat, sed speciali auxilio praevientis gratiae, constat ex ipso D. Thoma 2. 2. q. 10. art. 4. ad 3. cuius verba infra referemus. Denique id patet ex eo quod D. Thomas loquitur de homine non ponente impedimentum gratiae, per totius legis naturae observantiam, ad quam in statu naturae lapsus, non sufficeret vires naturae, sed vires gratiae requiri, est constans Theologorum opinio, & expressa ipsius S. Doctoris sententia 1. 2. q. 109. art. 4.

Dices: Homo in sylvis nutritus, de quo agitur in primo testimonio, supponitur impotens operari ex vi auxilii gratiae: At de illo ait D. Thomas, quod si faciat quod est in se, certissime illuminabitur de necessario credendis: Ergo debet intelligi de faciente quod in se est, non ex viribus gratiae, sed naturae. Major probatur: Talis homo supponitur destitutus illustratione fidei, quae est primum auxilium supernaturale sufficiens, & consequenter omni alio auxilio gratiae sufficienti: Ergo supponitur impotens ad operandum in vi auxilii gratiae.

Respondeo negando Majorem, ad cujus probationem, nego Antecedens, quamvis enim ille homo non haberet fidem explicitam de Deo ut auctore supernaturali, haberet tamen de illo fidem implicitam, ac proinde non esset cuncti auxilii supernaturalis destitutus. Ratio est, quia in statu elevationis naturae humanae ad ordinem supernaturalem: impossibile est quod de facto ponatur conversio in Deum ut auctorem naturalem, sine conversione in eum, ut auctorem supernaturalem, ut docetur in Tract. de gratiae, unde cum ille homo ductum rationis naturalis sequens in appetitu boni & fuga mali, esset in Deum ut auctorem naturae conversus, esset etiam, implicite factus conversus in illum ut auctorem supernaturalem, ac proinde haberet fidem de illo, saltem implicitam, & Deus in tali causa aliquem fidei Praedictorem ad eum dirigeret, ut ei explicite proponeret mysterium Trinitatis & Incarnationis aliaque ad salutem necessaria; sicut misit Petrum ad Cornelium, & Paulum ad Macedones, vel per intermedium inspirationem illum immediate per se ipsum instrueret ac illuminaret. Solutio est D. Thomae 2. 2. q. 10. art. 4. ad 3. ubi loquens de Cornelio, dicit: *Ille infidelis non erat, atque in ejus operatio accepta non fuisset Deo, cui sine sibi multas pluresque potest: habebat autem fidem implicitam in Deum, manifestata Evangelii veritate, unde ut cum in fide plenius insisteret: missus est ad eum Petrus.*

Quaerunt hic aliqui, an prima gratia, seu primus praedestinationis effectus, cadat, vel cadere possit sub merito operum procedentium a gratia? Verum quaelio ista propriam fidem habet 1. 2. quae 114. & 3. parte q. 2. ubi fuisse aequatur, an principium meriti possit cadere sub merito?

174 Dubitari etiam potest, an purus homo possit esse causa meritoria praedestinationis alterius, quoad omnes suos effectus. Partem affirmativam tenet Vasquez, hic disp. 94. c. 5. cuius fundamentum est, quia idem est mereri praedestinationem quoad omnes suos effectus, & illam mereri quoad primum, cum ceteri ab illo dependant: Sed purus homo potest alteri mereri, vel impetrare primam praedestinationis effectum, scilicet primam vocationem, seu primam gratiam excitantem, ut patet in D. Stephano, qui suis orationibus obtinuit a Deo aliquas gratias praevinentes, quibus D. Paulus est conversus: unde dicit Augustinus, *si Stephanus non orasset, Ecclesia Paulum non haberet:* Ergo purus homo potest esse causa meritoria praedestinationis alterius, quoad omnes suos effectus.

175 Neque valet si dicas orationem illam Stephani, cum fuerit medium conduens ad glorificationem Pauli, fuisse primum suae praedestinationis effectum. Nam contra hoc potest intari: Licet merita Christi quibus nostram praedestinationem promeruit, cum effectu conducat ad nostram glorificationem: non possunt tamen dici esse nostra praedestinationis effectus: Ergo similiter quamvis oratio S. Stephani fuerit medium conduens ad glorificationem Pauli non potest tamen esse, nec dici effectus praedestinationis illius.

176 Haec tamen opinio, ut dicit Suarez lib. 2. de causis praedestinationis cap. 24. non solum est falsa, sed etiam singularis & consequenter explosanda: unde dicendum est cum communi Theologorum sententia, purum hominem non posse mereri ut impetrare omnes effectus praedestinationis alterius, & consequenter nec esse causam praedestinationis illius.

177 Ratio fundamentalis hujus assertionis deducitur ex opposito fundamento Vasquezii. Nam quando unus homo impetrat, aut meretur alteri primam gratiam vocantem, cum reliquis: tunc primus effectus praedestinationis (D. Pauli v. g. ut in eodem exemplo persistamus) non est

prima illa gratia inharens Paulo, sed oratio potius Div. Stephani, est unus ex effectibus, & prior, praedestinationis Pauli. Ergo talis oratio non potest esse causa primi effectus praedestinationis Pauli. Consequenter patet, Antecedens probatur. Quocumque beneficium & gratia conduens cum effectu ad glorificationem alicujus hominis, est effectus praedestinationis illius, qui est medium ad illam, ut dicemus disputatione sequenti: Sed oratio v. g. D. Stephani, fuit medium conduens ad salutem & glorificationem Pauli. Ergo fuit effectus praedestinationis illius. Ex quo deducitur, potius esse dicendum, orationem Stephani pro Paulo ortum habuisse & emanasse a praedestinatione Pauli, quam e contra quod oratio Stephani meruerit aut impetraverit praedestinationem Pauli. Unde patet responso ad fundamentum Vasquezii.

Ad instantiam, nego paritatem. Ratio difformis est, 178 quia merita Christi Domini, cum pertinent ad gratiam unionis & non adoptionis, & sint ordinis hypostatice, qui in infinitum ordinem gratiae excedit, non possunt esse effectus nostrae praedestinationis, quae non extenditur ad dona tam alta, sed tantum ad illa quibus proximae, vel remote adoptantur in filios Dei, immo potius e contra omnes effectus praedestinationis nostrae, sunt effectus praedestinationis Christi, quae est causa nostra tripliciter. Primo in genere causae finalis, juxta illud Apostoli 1. ad Corinth. 3. *Omnia vestra sunt, vos autem Christi, Christus autem Dei.* Secundo in genere causae formalis, seu exemplaris, quia ut dicit idem Paulus ad Roman. 8. *Quis praeservavit, & praedestinavit conformes fieri imaginis filii sui.* Unde Augustinus c. 15. de praedestinatione Sancti voca Christum; *Preclarissimum lumen praedestinationis & gratiae.* Tertio in genere causae efficientis, saltem moralis & merito-rie, quia suis actionibus & passionibus nobis promeruit omnes praedestinationis effectus: juxta illud Apostoli ad Ephes. 1. *Qui benedixit nos in omni benedictione spiritali, in caelestibus, in Christo: id est per Christum, & ejus merita* Sed de hoc fise in Tractu de Incarn. disp. 24. art. 2.

DISPUTATIO III.

De effectibus praedestinationis.

Consideratis causis divinae praedestinationis, consequens est ut ejus effectus investigemus, & declaremus quanam sint ab ea elicti, quanam vero imperati?

ARTICULUS I.

Utium glorificationis, & justificationis, & quacumque effectus vocatio, sint effectus praedestinationis?

Agimus hic solum de justificatione per peccatum non interrupta, & de vocatione efficaci. An vero gratia per peccatum interrupta, & vocationes inefficaces, inter effectus praedestinationis computari debeant, dicemus articulo sequenti.

§. I.

Quibusdam praemissis, referuntur sententiae.

Notandum primo, Quod sicut duo solent distingui genera actuum caritatis, quorum aliqui dicuntur elicti, & immediate ab illa procedentes, ut amor Dei, & proximi. Alii vocantur imperati, qui scilicet immediate ab illa virtute eliciuntur, & a caritate solum imperantur: ac in finem supernaturalem diriguntur & ordinantur: ut jejulare, vel martyrium pati propter Deum. Ita etiam duo distingui debent genera effectuum praedestinationis: quidam sunt immediate, & quasi elictive ab ipsa praedestinatione; alii vero mediate, & quasi imperative, quia sunt ab illa providentia, naturali scilicet, ut etiam supernaturali generali, ordinantur tamen per praedestinationem ad ejus proprium finem, vitam nimirum aeternam. Sicut enim gratia utilis aetate ut sibi inferiori & subdita, ita & praedestinatio imperat naturali providentiae, & dirigit illam ad suum finem.

Notandum secundo, Tres condiciones esse requisitas, & sufficientes, ut aliquid sit effectus praedestinationis. Prima, quod causetur a Deo. Secunda, quod causetur ex intentione efficaci dandi gloriam. Tertia, quod de facto conducat ad ejus consecutionem. Quod prima conditio requiratur, patet: nam tam praedestinatio, quam ejus executio active sumpta, est in Deo: Ergo effectus praedestinationis est effectus Dei. Et per hoc excluduntur peccata a ratione effectus praedestinationis, quia illa non possunt a Deo causari, sed sunt extra sphaeram activitatis illius. Quod etiam necessaria sit secunda conditio, non minus est evidens: quia prima intentio effectus dandi gloriam, est radix & causa electionis, & executionis me-

diorum,